



## **Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.**

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum  
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra  
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure  
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;  
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &  
heriditarias quasi successiones

**Epo, Boetius**

**Duaci, M.D.LXXXIIX.**

123 Sentential. I. in fin. π. derer. permut.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

fui restitutionem per cōditionem, l. naturalis, in princ. vers. sin autem rem do. & l. si tibi decem. 7. de præscript. verb. & in fact. act. l. quoniam. C. de rer. permutat. quo postremo quidem loco proponitur permutatio per similes huic nostræ; quandoquidem fundus cum domo quadam permutatus erat, & is qui fundum acceperat domū vicissim non reddiderat; unde & per Imperatores contra non implentē conceditur implenti vel eius heredibus optio vel impletionis perurgendæ vel fundi sui repetendi. Sed obijcitur aduersus hanc optionis facultatem locus Pauli IC. in fin. l. 1. 7. de rer. permut. scribentis, ex altera compermutantium parte traditione facta si alter rem tradere nolit, nō in hoc nos acturos utiq; quod interest nostra illā rem accepisse de qua vicissim reddenda conuenit, sed cōtrā, ut res nostra nobis reddatur cōditioni locum esse quasi re non secuta. quid magis optioni contrarium? respondent vnanimitè omnes Interpretes nostri post Glossographum in d. l. 1. ad verb. *agemus*, & rectissime respondent, verba Ic. hæc non in hoc *agemus* ita sumenda esse id est non in hoc solum seu tantum seu dumtaxat *agemus*, at vel in hoc vel in aliud prout nos ipsimet maluerimus. id quod & modò memoratæ leges apertissime docent & ratio viua suadet, cum pœnitendi facultas illa legis beneficiū sit implenti, non autē præiudicium; & quod ob gratiā alicuius conceditur in eiusdē dispendiū non sit retorquendum. c. quod ob gratiam. de regul. iur. in 6. Nec

123  
Sent. l. 1. in  
fin. 7. de rer.  
permut.

infr-



Comment. in c. cum vniuersorum. de rer. perm. 77

infrequens est Ic. ea loquēdi phrasī, immò familiaris & frequens eaque perelegans, vt videlicet vocula *tantum* seu *solum* seu *dumtaxat* subaudiatur & intelligatur, vtpote negationi plerumque non addita vbi tamen additam censeret ipsa postulat; quemadmodū variis exemplis ostēdunt Antonius Augustinus Emendationū & Opinionū suarū l. 2. c. 1. §. maximè verò omnium vtile est. & Gilbertus Regius Nosrenus priore suo libello ἐναγριοφαιών c. 7. ac rursus libello 2. c. 10. vbi hūc locū Pauli sigillatim tangit cōtra sui Præceptoris Petri Lorioti sententiā, requirentis vtrinque rem fuisse traditā priusquā ex permutatione nascatur obligatio. quod est à verò remotissimū, quoad eum qui impleuit, vt cui mox ab impletione cōpetat ex obligatione cōtractus permutationis actio, & quidē ex pluribus actionibus optio, nimirū vel præscriptis verbis ad implendā permutationē vel (si pœniteat) condictio causa dati causa nō secuta.

Neque tamen inficior equidem quin gratiam quoque contineat hoc nostrū capitulum (gratiæ nempe fuit non priuasse suis beneficiis hosce permutantes non omninò simoniaca labe carentes vt paulò pōst clariùs ostendetur) sed gratia semel interueniente vel etiam seposita gratia si videlicet legitimè seu canonicè facta fuisset permutatio, ius hic merū quoque statuitur de beneficij ex permutationis causa resignati recuperatione si alter quoque comperutis vicissim non impleuerit permutationē. Est itaque vera in cap. hoc nostro & gratia & ius.

Hac

124

Vocula tantum negationi sepius non addita sed intellecta.

125

Obligatio ex permutatione quando nascatur.

126

Et gratiam & ius hoc nostro capit. contineri.